



inimicum. sed et communis dicitur. ignorant. discant ergo ab ecclesia  
quia quis est solus dicitur. & cum nullus ei communis est. qui autem pecca-  
tor est & impudens multorum est. multorum enim demonum possident eum. &  
idcirco communis appellatur. Denique ille qui in angelis ad domino curatus  
est. cum interrogatus esset. quod tibi nomen est. dixit. legio. multorum enim  
sumus. haec ecclesia in excessu quo dicitur. necessario tamen addita videtur  
ut misterium peccatorum in positionis & brachium separationis. quare  
scriptum sit. disceremus. quae est aeterna portio sacerdotibus data. In qua  
dignos facere dignetur. ut pro cordis puritate & operum probita-  
te in diuino sacrificio habere participium mereamur per aeternum  
pontificem dominum saluatorem nostrum ihesum christum per quem est do-  
mini patri cum spiritu sancto gloria & imperium in saecula saeculorum. amen.

EXPLICIT OMELIA QUINTA

INCIPIIT OMELIA SEXTA

De indumentis pontificis & sacerdotum. causam qua haec quae  
nobis recitantur. intellegi possint. aut non intellegi breuiter  
ostendit. apostolus dicens. nihil eius oculis posse ueteris testamen-  
ti uelamen auferre. qui conuersus ad dominum fuerit ex quo scire uoluit.  
quod quanto minus haec nobis plana sunt. tanto minor est ad dominum  
nostra conuersatio. & ideo omnium uirtute nitendum est. ut ab oc-  
cupationibus saeculi. & amundani factibus liberi. & ipsa se etiam  
sifici potest superfluas sodalium fabulas relinquentes uerba di-  
operam demus. & in lege eius meditemur. die ac nocte. ut toto corde  
conuersi. reuelatam & apertam moysi faciem possimus aspicere.  
& maxime in his quaenunc recitata sunt. uel de sacerdotilibus  
indumentis uel de consecratione pontificis. In quibus talia quae-  
dam dicuntur. ut etiam illud ipsum carnalem israel. ab historica in-  
tellectu gentia paenitentiae excludant. & ideo ad haec exponenda non hu-  
mani ingenii uiribus nitendum est. sed orationibus & precibus ad domi-  
nifusis. in quo etiam uestri adiutorio indigemus. ut disperser uerbi det